



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 42. Ravennius Episcopus Arelatensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

Sæculum V.
A.C. 449.

Interim Res Orientis S. Leonem maxime sollicitum tenebant, vehementer mirantem, quod nullæ litteræ inde advenirent; itaque, cum vir spectatus, cui nomen Eupsychius illo profecturus, scribendi opportunitatem præbuisset, ad Flavianum epistolam dedit, qua suam sollicitudinem indicat. Hæc epistola undecima Aug. an. 449. scripta. Verum haud diu postea reversus ad eum Archidiaconus Hilarus omnia, quæ acta fuerant, plenissime Sanctum Papam edocuit.

Ep. 35. al.
21.

§. XLII.

Ravennius, Episcopus Arelatensis.

At vero priusquam Diaconus advenisset, S. Leoni, adhucdum ob res Orientis incertitudine suspensò, allata est epistola Episcoporum Provinciæ Viennensis, (*) qua Electio Ravennii in Sedem Arelatensem, S. Hilario succedentis, nuntiabatur.

Ep. 36. al.
106.

corus war eben ein solcher Mann, als sein Dorf-
fahrer Cyrillus. Warum hat aber der Heil. Cy-
rillus die Wahrheit der Gegenwart Jesu Christi im
Heil. Abendmal so gar deutlich erweisen müssen
und das Ansehen des Römischen Pabstes vertheidigen?
Denn das ist die Ursach, warum unser Uebersetzer
ein unversönliches Herz gegen ihn bekommen.

(*) Forte Arelatensis, ut Anonymus I. notat.

na duodecim Episcoporum, ad quos data Sæculum V.
A. C. 449.
 est, & dicit SS. Pontifex: *Nostro iudicio confirmamus Bonum opus, quod fecistis, dum in urbe Arelatensi, defuncto Hilario S. Memoriae, Virum, quem æque ac Antecessorem ejus magni æstimamus, Fratrem Nostrum Ravennium, unanimi consensu, atque ex Clericorum, Magistratum, Populique voto consecrasti.* Ex his colligimus, morem fuisse, ut equidem Papa de Electione Episcopi in Sedem Majorem, qualis erat Arelatensis, certior redderetur, sed ipsius consensum, antequam consecraretur, non fuisse expectatum. Notari quoque merentur verba, magnum honorem testantia, quo S. Leo Papa S. Hilarium Arelatensem, non obstantibus, quæ olim inter ipsos acta erant, prosequitur. Hæc epistola 22. Aug. a. 449. data. S. Leo Sup. §. 4.
 ad Ravennium quoque scripsit, qui ei non erat ignotus, quia in Causa S. Hilarii Romæ fuerat; hortatur, ut omnes virtutes, Epist. 37.
al. 107.
 quibus Episcopale fastigium ornatur, colat, & se de iis, quæ pro Bono gregis sui facturum esset, sæpius per litteras edoceret. Paucis diebus elapsis, nempe 26. Aug. alteram ad eundem dedit, qua Epist. 38.
al. 107.
 monet, ut ab homine, per Provincias Galliæ vagante, nomine Petronio, qui se Diaconum Ecclesiæ Romanæ dicebat, sibi caveret. *Mone cæteros Episcopos,* ait in fine S. Leo, *ut impostorem ab*
Hist. Eccles. Tom. VI. K k om-

Sæculum V. omnium Ecclesiarum Communionem exclu-
 A.C. 449. dant.

§. XLIII.

Concilium Romanum Ephesino oppo-
 situm.

Hilarus Diaconus Romam pervenit sub
 Finem Mensis Sept. jam vero singu-
 lis annis initio Octobris in Urbem Conci-
 lium convocabatur, cum igitur opportu-
 nissime Patres essent congregati, de his
 statim, quæ Ephesi acta erant, delibera-
 tum. Omnia communi omnium Sen-
 tentia rejecta sunt, & plures epistolæ No-
 mine S. Leonis, & Concilii scriptæ. Pri-
 ma ad Imperatorem Theodosium dirigi-
 tur, in qua S. Leo, Dioscorum plurima
 adhibita vi egisse, & in Concilio Ephesino
 nullam Canonum rationem habitam con-
 queritur. *Relatum est ad nos, inquit: nos
 omnes eos, qui ad Concilium convenerant, ad
 ferendam Sententiam fuisse admissos. Qui-
 dam rejecti sunt, quidam introducti, qui
 victas, captasque manus dederunt, & quod
 Dioscorus impie petebat, coacti subscripse-
 runt, optime gnari, actum esse de sua Digni-
 tate, nisi obedirent. Legati nostri con-
 stanter restiterunt, & merito, nam totum
 Fidei Christianæ Mysterium tollitur, nisi
 crimen istud, omni Sacrilegio majus, dele-
 atur. Igitur Ego & Fratres mei obte-
 stemur te (ne silentium nostrum coram
 Tribu-*

Epist. Leon.
 16. al. 4.